

De Compensatione occulta pro furto facto, vide, *Compensatio*.

Si rem furto ablatam ab uno, alius fuisset æquè furaturus, adhuc tamen fur tenetur. fol. 140. n. 371. Quando tenetur fur pro re ablata, quæ alioquin fuisset apud dominum peritura, vide, *Dammum injuriæ datum*.

Tomo 6.

In Ordinatione Carolina plurima ordinatè statuuntur circa penas furto pro diversa quantitate, vel cum diversis circumstantiis aggravantibus commissio constitutas, quæ referuntur. fol. 106. n. 210.

Quando taxatur in eadem Ord. furti quantitas per Florenos, ex praxi per florenum intelligitur Ducatus (qui est florenus Ungaricus) secundum eum valorem quem habet tunc quando fit furtum. fol. 107. n. 211.

Quamvis intuitu opulentia illius cui fit furtum mihi puniatur fur cæteris paribus, non tamen ob indigentiam ejusdem læsi potest pena ordinaria suspendij decerni, si non sit furtum taxatæ quantitatis pro suspendio. n. 212.

Quando pluralitati furorum taxatur certa pena, sufficit ea vel diversis locis, vel temporibus esse facta. fol. 107. nu. 213.

Qui prioribus furtis fortè jam punitis aut condonatis, superadderet aliud furtum, priora concurrerent ad faciendum numerum, & respondentem illi penam. n. 214. & seqq. ubi vide limitationem.

Si plures simul furati sunt, & ad unumquemque eorum tanta summa pervenit, quæ secundum se suspendio punitur, omnes suspendi possunt, & de jure debent, secus, videntur fustigatione puniendi, secluso juris rigore. fol. 108. n. 218. & seq.

Si furtum factum est cum violentia periculosa & seditiosa, etiam minor summa quæcumque sufficit ad suspendium per Ordin. Carol. secus, si sine tali violentia, quæ indicet animum occidendi resistentes. fol. 109. n. 222. In dubio iudex arbitrat. n. 223.

Quod de effractione dictum est, etiam de confessione dicendum, nempe requirit, ut sit periculosa. fol. 110. n. 224.

Pena suspendij potest in mitiorem, iudicio Jurisperitorum converti à Juce, v.g. in fustigationem, si res furto ablata absque lucro furis & aldamno ad dominum redit. fol. 110. n. 226. & seqq. ubi corollaria.

Fur penitens, & antequam accusatur, rem restituens in se vel æquivalenti, punitur penâ arbitrariâ, carceris, relegationis, vel etiam fustigationis. n. 230. Imò, si etiam post accusationem fur transigat, vel satisfaciat, liberatur à pena suspendij. fol. 111. n. 232.

Impubes pubertati proximi regulariter non suspendio, sed mitiore arbitrariâ penâ plectendi sunt. n. 234. Imò, non facillè ad fustigationem

F.

condemnandi, nisi modicum tempus ad pubertatem decesset. eod. Ex gravitate tamen furti, & malitia supplente ætatem, posset ex consilio Jurisperitorum etiam ad ultimum supplicium procedi. n. 235.

Non improbabiler idem dici posset de Minoribus, quamvis, inspectâ Carolina Ord. videretur puniendus penâ ordinariâ. n. 236. & seq.

Martialis & sanguinis conjunctio excusat à pena suspendij, adeo ut nec Juce ex officio tales criminaliter punire possit. f. 112. n. 240.

Furta Domesticorum, ex consuetudine Italiæ & Germaniæ puniuntur penâ ordinariâ. n. 241.

Nobilibus etiam pena suspendij in aliam commutari solet. n. 242.

In quartadum rerum furtis puniendis diversa est locorum consuetudo, ut sunt cibaria, arbores furtim case. Si tamen arbores caderentur diebus feriatis, fur adione furti teneretur, & criminaliter puniretur extra ordinem. fol. 113. n. 243. & seq.

Fures piscium ex piscinis, lacubus, vivariis, possent etiam suspendio puniri. n. 243.

Auxiliarios furum pro diversitate auxiliorum arbitrariè puniuntur. n. 244. & seqq. ubi exempla.

Participans de furto, pro diversitate circumstantiarum punitur, vel relegatione, vel fustigatione, si non est cooperatus, sed participando approbat. n. 252. Idem videretur dicendum de Receptatore. n. 253.

Emens rem furtivam scienter, punitur penâ arbitrariâ, carceris, relegationis, pecuniariâ. fol. 115. n. 255. Si vili pretio emit, præsumitur scivisse, rem esse furtivam. n. 255. Si bonâ fide iterum vendidit, ad nullam restitutionem tenetur, nisi ex re factus esset locupletior. bene tamen, si malâ fide. n. 256.

Attentatum furtum extra ordinem arbitrariè punitur. f. 115. n. 257.

Fur deprehensus in alio territorio, potest ibi suspendi, nisi remittendus esset ad locum delicti. f. 116. n. 258.

Rem furto ablatam in alienis ædibus pro publicos ministros tunc demum perquirere licet, si prægnantia sint indicia rei ibi decerente. n. 259.

Res furto ablata non potest à Magistratu sibi jure Fisci attribui. n. 260.

Dominus rei furtivæ recuperatæ, non tenetur ad solvendas ullas expensas factas à Magistratu. num. 261.

Furius.

Tomo 2.

Furius testamento, etiam si nulla lucida intervalla præcederent, sitamen esset factum sicut alij sanæ mentis factum, & testes affirmarent sibi visum esse, ad mentem rem furtivam esse factam, sed favore ultimarum voluntatum, & præsumendum, quod fuerit sanæ mentis. fol. 153. n. 243.

Gratia

G.

Gratia facta in Rescripto.

Tomo 1.

Gratia aliquando dicitur *Facta*, aliquando *Facienda*, aliquando respicit solum illum cui conceditur, aliquando conceditur facultas in favorem tertij. Aliquando ad usum indefinitum: aliquando in favorem personæ determinatæ, & circa rem determinatam. f. 41. n. 227. & seq.

Si totus favor consistit in prima concessione, & non in delegatione, Gratia est *facta*, adeoque non expirat morte concedentis. fol. 42. n. 230. Si facultas delegatur indefinitè respectu personarum, gratia est etiam *facta*. 231. Si delegetur non in favorem delegati, sed præcisè ut exerceatur erga personam determinatam, ita tamen ut liberè eam exercere possit, censetur *gratia facienda*. 232. Si imponitur necessitas delegato, regulariter est etiam *gratia facienda*, quamvis probabile etiam sit, esse *factam*. 232. Item gratia censetur *facta*, quando Rescriptum alloquitur privilegium, etiam si requirit alterius cooperatio. 236.

Ut gratia sit *facta*, non requiritur acceptatio, bene tamen ut sit irrevocabilis. unde etiam post mortem concedentis acceptari potest. fol. 43. num. 238.

H.

Habitationis servitus.

Tomo 1.

Habitatio est tertia Species Servitutum Personarum, & definitur: Jus habitandi in alienis ædibus, salvâ earum substantiâ, per se vel per alium. fol. 244. n. 147.

Habitationis servitus differt ab usû servitutis in tribus. 1. quòd in solis ædibus esse possit. 2. quòd possit alteri locari. 3. quòd non amittatur solo non usu: nam in hac servitute toties dies cedit, quoties habitare commodum est. fol. eod. n. 148.

Hæreditas. Hæres.

Tomo 1.

Qui auferat aliquid ex hereditate jacente, non committit furtum, juridicè loquendo, sed crimen expilatæ hæreditatis, quia nullius detentionem vel possessionem intervertit. fol. 117. n. 258.

Hæres scriptus, quomodo post sublatum Adriani edictum possit mitti in possessionem, vide, *Interdictum Quorum bonorum*.

Tomo 2.

Hæres non possit esse testis in testamento quo scriptus est hæres. fol. 29. n. 134.

Hæres etiam injusto metu adiens hereditatem fit hæres, restitutionis tamen bene filio gaudet. fol. 40. n. 140.

Hæreditas, quæ As vultur, in duodecim Uncias dividitur, & pro diversitate numeri diversa nomina sortitur, ut Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Sextans, Deunx. fol. 63. n. 289.

H.

Plures hæredes instituti, nullâ partium designatione factâ, consequuntur partes æquales, etiam si unus in recto, cæteri in obliquo nominati essent. fol. 63. n. 290.

Instituti hæredibus necessariò instituendis habentibus ordinem conjunctionis, v.g. filio & nepote, nepos censetur filio ex asse instituto vulgariter substitutus, etiam si jam natus sit, & etiam si testator ordinem invertisset: & hoc ex præsumpta voluntate, nisi de contraria constaret: v.g. ex adjecta part. *una, simul*, &c. Idem esset, si v.g. institueretur familia, in qua esset ordo, secus, si extraneum patrem cum filio suo, tunc enim æqualiter immediatè succederent. f. eod. n. 291.

Instituto uno simpliciter, & simul alijs pluribus collectivè, ille unus Semissem, cæteri alterum capient, siquidem diversis orationibus institutio facta est. fol. 64. n. 292.

Instituti hæredibus in partibus inæqualibus, onera quoque proportionaliter sustinent. fol. eod. n. 293.

Si testator non absolvisset duodecim uncias, censetur in pauciores assem contrahere voluisse, quod illi licet. n. 294. Si verò numerum unciarum excessisset, hæreditas in totidem uncias dividenda esset. 295. nisi constaret, quòd à priorè voluntate, quâ v.g. uni 12. reliquit, recessisset, & illi auferre voluisset, ac alteri relinquere. num. 296.

Uno in certa parte, alio indefinitè instituto, si duodecim uncias non excessit, reliquum ad indefinitè institutum pertinet: si excessit, videndum, quot uncias mente conceperit: vel Medietas ad indefinitè institutum pertinebit. f. 65. n. 297.

Instituti pluribus hæredibus cum relatione ad designationem partium in alia scriptura factam vel faciendam, cum tamen nulla facta sit, succedent in partes æquales. f. eod. n. 298.

Si Testator verbis directis & non communibus usus est, & unum solum hæredem (detractâ rei certa nominatione hæres ex asse erit. f. 66. n. 300.

Si duo in rebus inæqualis valoris, vel in eadem re pro partibus inæqualibus scripti sunt, tunc in tali re vel rebus inæquales erunt tanquam in prælegato, in reliqua hereditate æquales, nisi aliunde constaret, quòd testator vellet proportionaliter esse inæquales. f. eod. n. 301. & seq.

Jure Novo, hæredibus *suæ* in re certa institutis, debent hæredes reliqui scripti legitimam implere, alioquin rumpent testamentum. f. eod. n. 303.

Quodsi testator adderet, se velle, ut hæres extraneus cum tali re determinata contentus sit, habendus esset ut legatarius, & succederent hæredes ab intestato, possentque Falcidiâ detrabere ex illa re, casu quo Falcidiæ locus esset. f. 67. n. 305. & seqq.

Institutus in re certa, participat aliquid juris de Legatario, & aliquid de hærede; de Legatario quidem

quidem, quod patitur Falcidiam, si alius coheres est, & quod non utatur actionibus hereditariis, nec illis conveniri possit. De hærede vero participat titulo institutionis, ut non impugnet testamentum, & nullo alio hærede existente totam hereditatem consequatur. f. 67. n. 309. Hæres ex testamento an aliquando concurrat cum hærede ab intestato, vide, *Testator*.

Hæredis institutio an alieno arbitrio committi possit, vide, *Institutio*.

Hæres suus ille dicitur, qui vel debet nominatim exheredari, vel hæres institui, præteritus rumpit testamentum, ita tamen ut legata sustineantur. f. 73. n. 330. Quatenus ergo necessarium institutus est, dicitur etiam hæres necessarius quamvis hodie possit abstinere ab hereditate. fol. 84. n. 376.

Hodie sola Mancipia sunt hæreses necessarii, hoc sensu, quod hæreses scripti debeant adire hereditatem accepta libertate: & hujus nomine bona substantur, sine obligatione deinceps satisfaciendi creditoribus. f. 85. n. 378. Vide *Suis*.

Hereditatis Petitio.

Hereditatis petitio, est Actio quæ hereditatem ad nos spectantem vindicamus. Quæ Actio quamvis sit in Rem scripta, per accidens tamen respicit præstationes personales, quas exigit. f. 145. num. 631.

Hereditatis petitio alia est Civilis, alia Prætoriana, nempe Bonorum possessio, continens eadem commoda & incommoda. Et ideo Bonorum possessor instar hæredis habetur. eod.

Est autem differentia inter Hereditatem Civilem & Prætoriam, seu Bonorum possessionem, quod illa immediatè & directè universa defuncti commoda & incommoda deferat, & dominum faciat: hæc verò solum Jus persequendi retinendique patrimonij tribuat, seu rerum quæ defuncti fuerunt, cum moreretur, commoda verò vel incommoda hereditatis his mediantibus persecutionibus, aut retentionis beneficio per Exceptionem. eod.

Hereditatis petitio datur adversus eum, qui pro hærede vel possessore possidet bona hereditaria, nec præscriptione longi temporis extinguitur. f. 145. n. 631. Pro hærede autem dicitur possidere, qui seu bonâ seu malâ fide dicit se hæredem esse, cum reverâ non sit. n. 635. Pro possessore possidet, qui interrogatus quare possideat, alium titulum allegare non potest, nisi dicendo: *Quia possideo*. Contra eum ergo, qui alio titulo munitus esset, v. g. qui pro emptore possideret, non daretur hereditatis petitio, sed rei vindicatio. n. 634. Et ideo talis non tenetur restituere fructus nisi post litem contestatam perceptos: priores verò tenentur restituere omnes fructus etiam ante litem contestatam perceptos. f. 146. n. 635.

Utill hereditatis petitione possunt etiam conveniri alij, qui loco hæredis habentur, ut Bonorum

Possessor, hoc est, ille qui hereditatem jure prætorio possidet: item fideicommissarius cui hereditas à non hærede restituta est: item qui hereditatem à non hærede emit. eod.

Contra Debitorem hereditarium non datur Hereditatis petitio, nisi dicat, se possidere debitum pro hærede. f. eod. n. 636.

Hereditatis petitio datur contra eum, qui dolo desijt possidere, quia pro Possessore habetur: adeo ut etiam si solvat æstimationem rei, quam dolo desijt possidere, nihilominus petitio hereditatis datur contra verum possessorem, sed pretium deductis expensis deberet restituere priori. f. eod. nu. 637.

In petitione hereditatis veniunt etiam res alienæ, quæ apud defunctum existerunt, v. g. res depositæ, commodatæ, oppignoratæ, &c. f. eod. num. 639.

Hereditatis aditio.

Hereditas aditur vel signis, ut sunt verba, nuntus, vel re, seu actu, v. g. solvendo creditoribus, petendo bonorum possessionem, relinquendo in suo testamento alteri portionem sibi relictam: nec requiritur apprehensio rerum hereditariarum ad acquirendum dominium, sed extraneus sit ad eundem dominus: hæres *suis* sit dominus ipso jure, etiam absque aditione. f. 154. n. 665.

Jure novo hereditas furioso delata, per procuratorem adiri potest. f. eod. n. 666.

Pupillo, qui infante major est, potest quidem tutor bonorum possessionem etiam ignoranti acquirere agnoscendo: hereditatem verò seu successionem civilem non nisi consentiente pupillo. f. eod. n. 667.

Pupillo infanti hereditatem delatam tutor per se acquirit. f. eod. n. 668.

An substitutus pupillariter possit adire unam hereditatem alterâ repudiatâ, vide, *Substitutus*. & hinc n. 669. & seq.

Pater potest adire hereditatem (excluso substituto) delatam filiofamilias etiam hoc invito. fol. 165. n. 31. & seq.

Hereditatis Repudiatio.

Repudiatio opponitur Aditioni, & Absentio in hærede suo opponitur Immixtioni. Et sicut Extraneus repudiât declarando, quod nolij adire, ita *Suis* abstinere, nolendo se immiscere. f. 155. num. 670.

Tutor consentiente pupillo potest repudiare, sed non pupillus sine auctoritate Tutoris. f. eod. n. 671. Nec pater sine consensu filij potest hereditatem filio delatam repudiare. eod.

Hereditas semel adita amplius repudiari non potest, nisi sit locus Repudiationis in integrum. fol. eod. n. 672.

Qui ex uno capite, v. g. unde liberi, repudiavit, potest ex alio capite, v. g. unde legitimi, ad hereditatem pervenire. f. eod. n. 673.

Filius.

Filiusfamilias patrem nolentem adire hereditatem, etiam repudiando hæredem facit, & hoc sufficit ad excludendum substitutum. fol. 166. n. 34. & seq. Servus tamen repudiando non facit hæredem suum dominum adire volentem, & ideo est locus substituto præ domino. n. eod. & 38. Repudiatio filij non est causa adæquata, quod pater fiat hæres, sed simul lex 8. §. 2. C. de bonis quæ lib. & accedente aditione patris, suppletur voluntas filij. n. 39.

Tomo 4.

Hæres non tenetur Creditoribus ex quasi Contractu ob hereditatis aditionem, sed convenitur à creditoribus ex illo contractu, quem cum defuncto celebrarunt. fol. 354. n. 1141.

Tomo 5.

Hereditarie res tibi petende, ubi tempore mortis existerunt, vel ubi depositæ sunt in perpetuum. fol. 78. n. 533.

A fententia quæ hæres ex testamento missus est in possessionem, non admittitur appellatio, ne quidem quoad effectum devolutivum. fol. 564. nu. 396.

Tomo 6.

Qui ex defuncti hereditate nondum divisa aliquid auferit, committit crimen Hereditatis expilatæ. Nec tamen talis est Juridice fur, nisi auferret rem oppignoratam, aut commodatam. Tunc enim potest puniri ut fur pœnâ ordinariâ. secus extra ordinem punitur. fol. 116. n. 262. & seq.

Hæreticus.

Tomo 2.

Ubi Hæretici non tolerantur, sunt intestabiles. fol. 50. nu. 227.

Homagium.

Tomo 5.

Homagium quo fidelitas promittitur, habet rationem veri Juramenti. fol. 412. nu. 731.

Homicidium. Homicida.

Tomo 1.

Homicidium (exceptis excipiendis) est contra justitiam, & contra jus occisi. fol. 184. nu. 191.

Nemini licet occidere seipsum propriâ auctoritate, & occisio sui est contra Justitiam erga Deum. & hoc non solum ex lege positiva, sed naturali. fol. 186. n. 601. & seq.

Probabilis est, quod Reus condemnatus ad mortem, postest ipse esse executor sententiæ, ita jubente Judice, v. g. haurire venenum oblatum, infligere sibi vulnus lethale. fol. 186. nu. 613. & seq.

Non peccat contra Justitiam, qui voluntariis corporis afflictionibus, vel ex se in cibo & potu, exponit se periculo abbreviandæ vitæ, si sit major probabilitas in contrarium, vel si non sit timor mortis, sed tantum abbreviatio. fol. 187. n. 616. Aut minus, qui non est causa positiva, sed tantum negativa abbreviationis vitæ. nu. 617.

Nunquam, sub quocunque prætextu, licet directâ intentione occidere innocentem, bene tamen

indirectè. fol. eod. n. 619. & seq. ubi declaratur exemplis. ad hoc tamen requiritur necessitas, & comparanda sunt damna utriusque, indeque colligendum, cujus jus sit fortius. 624. & seq.

Nunquam licet directè intendere abortum, ne quidem factis necdum animati. fol. 189. n. 628. Licet tamen est matri sumere pharmacum de se nõ tendens nec ordinatum ad fortis expulsionem, esto sit periculum expulsionis per accidens, si mater aliter servari non possit. 629.

Quid liceat contra Invaforem, vide *Aggressor*, & quâ ratione licet vel non liceat Duellum, vide *Duellum*.

Pro defensione rerum suarum potest fur aut raptor occidi, si aliter non possit à rapina repelli, & res sit tanti valoris, ut tantam jacturam læsus non teneatur ex charitate subire, modò fiat in flagranti. fol. 193. nu. 653.

Pro Honoris mihi debiti defensione, potest quidem fieri licita occisio inhonorantis homini seculari laico, non autem homini Clerico vel Religioso. fol. eod. nu. 654.

Homicida amittit jus succedendi occiso. fol. 195. nu. 661.

Non tenetur ad aliquid restituendum præcisè pro damno vitæ, vulnerationis aut mutilationis. fol. 195. nu. 662.

Si læsus potest adhuc alijs modis lucrari, quibus non fuisset lucraturus non factâ læsione, tantò minus restituendum est, quanto minus damnificatur in lucro cessante. fol. 195. nu. 666. Pro securitate optima est transactio. eod.

In æstimatione vitæ occisi, quæ diutius prodesse potuisset alijs conjunctis, potest observari computatio quæ fit in lege. 68. ff. ad L. Falcid. fol. 8. n. eodem. vide *Vita*. In conscientia obligabitur ad illud, quod ipse sibi putaret in simili casu ab alio præstandum. eod.

Personæ quibus juxta factam æstimationem restituendum est, non sunt quæcumque aliquam liberalitatem sperare poterant, sed quæ specialiter conjunctæ, nempe parentes, liberi, uxor. fol. 196. n. 668. & seq. Creditoribus etiam, quibus occisus potuisset satisfacere, si supervixisset, debet satisfacere occisor, nisi debita & impotentiam præsentem inculpabiliter ignorasset. n. 671. & seq.

Ad hæreses transit obligatio, non obstant ultimo supplicio, nisi personæ læsæ remittant. f. eod. n. 673. Neque juvaret hæreses, etiam si occisor fuisset irritatus, si moderament inculpatae tutelæ excessisset. 674.

Si quis seipsum tædio vitæ occidat, bona non confiscantur, sed ad hæreses pertinent. Si verò ad declinandam pœnam publicam, bona confiscantur, si careat ascendentibus, descendentibus, & collateralibus usque ad tertium gradum inclusivè. fol. 197. n. 675.

Mandans vulnerationem salvâ vitâ, non tenetur pœnâ ordinariâ, *f. Cornelia de Sicarijs*, si mandatarjus occidat. f. 197. n. 676.

O

Occi-

Occidens poculo amatorio vel abortivis, etiam absque intentione occidendi, summo supplicio afficitur. eod.

Statutum constituens pecuniariam poenam homicidii, est pernitiosum. eod. n. 677. Lege Cornelia de Sicariis poena capitis statuitur in homicidas, nisi in gradu nobiliore essent constituti, occisus verò longè inferior esset. Quam poenam non solum incurunt, qui propria manu occidunt, sed etiam mandantes, mercede conducentes, suadentes, auxilium ferentes. eod. Homicidium ex proposito & insidijs Jure Bavarico rotà plectitur, & exasperatur ob circumstantias aggravantes. f. 198. n. 678.

Error circa individuum non excusat. fol. eod. n. 679. & fufius To. 6. fol. 125. n. 296. si vulnus fuit lethale, non admittitur exceptio, quòd mortuus fuerit ex alijs accidentibus, bene tamen, si constet, vulnus non fuisse lethale, esto fuerit causa accidentium unde mors secuta est. tenetur tamen ad reparanda damna. Si dubium est, praesumitur fuisse lethale, nisi quid aliud deprehendatur, quod causa mortis esse poterat. fol. eod. n. 680.

In dubio praesumitur Homicidium voluntarium & dololum potius quam casuale. fol. 199. n. 681.

Ex Constitutione Carolina Criminali, si plures simul ex proposito occidendi aggressi sunt, omnes ut homicidae puniuntur poena ordinaria: si rixa est ex improvviso orta, & occisor scitur, poena gladij punitur. Si plura vulnera illata sunt, sed ignota, quòd singulari manu & vulnere mortuus sit, tunc, qui sciuntur lethaliter vulnerasse, omnes ut homicidae puniuntur morte. Circa reliquos qui adjuutores vel auctores rixae fuerunt, sicut &, si de nullo constare possit, qui vulneraverit, recurrentium est ad Jurisperitos. n. 683. & Tomo 6. fol. 123. n. 286.

Tomo 6.

Homicida proditorius est, qui occidit ex improvviso ex insidijs nihil tale suspicantem, nec cavere potentem. fol. 48. n. 214.

Quomodo priveretur privilegio asyli, vide *Asylum*.

Homicidium est Publici Judicij. fol. 118. n. 266. Homicidij simplicis destinata commissi in rixa est poena mortis, & plerumque gladij, sine discrimine inter Nobilem & ignobilem. n. 267.

Si constet ex qualitate instrumenti (quia ex se non est aptum & ordinatum ad occidendum) vel aliunde praesumi possit, abfuisse animum occidendi, etiam si gladio usus sit, ex benigniore DD. sententia non videtur homicida puniendus poena gladij, sed mitiore: quia ad poenam gladij requiri videtur animus occidendi. fol. 120. n. 275. cum praecedentibus & seq. ubi argumenta in utramque partem afferuntur, & contraria solvuntur.

Qui praeter dolum & animum occidendi, dat operam rei illicitae, unde aliquis occiditur, non punitur poena ordinaria homicidij, sed pro qualitate culpae v.g. relegatione, vel pecuniaria poena. Excipiunt tamen Jura poculum amatorium, quam-

H.

vis & hanc exceptionem aliqui negent. fol. 121. n. 278.

Mandans homicidium, eo secuto, punitur ut homicida poena ordinaria. fol. 121. n. 280.

Mandans vulnerationem non lethalem, quae in potestate sit mandatarij, ut non sit lethalis, si mors inferatur, mandans liberatur à poena homicidij ordinaria. n. 281.

Si post vulnus lethale ab uno infictum, alius denuo vulnerando occidit, uterque ut homicida punitur. fol. 122. n. 282.

Consilium dans, ut fiat homicidium, eo secuto, punitur poena homicidij etiam si consilium revocasset. Item alij auxiliatores proximè homicidium promoventes. n. 283.

Qui alium occidit non quidem proditorie, sed animo destinato, non ex iracundia in rixa, talis fore secundum Ord. Carol. in quibusdam locis rotà puniri: alibi gladio. fol. 123. n. 284.

Homicidium à praestolante in publica via commissum, poena gladij punitur, & rei corpus rotà imponitur. n. 285.

Homicidium simplex repetitum, punitur cum exasperatione arbitrio Judicis. eod.

Si lethaliter vulneratus periret casu fortuito, v.g. ruinà domus, vel naufragio, adhuc videtur vulnerans puniendus poena ordinaria. f. 214. n. 288.

Si non constet, quis in rixa occiderit, non est loci poena ordinaria: sed si ex rixantibus unus magis alijs gravaretur, posset torqueri. n. 289. & seq. Neque auctor rixae poena ordinaria puniendus esset, si de eo non constet quòd occiderit. n. 291.

Si tamen inter rixandum omnes clamarent: occidite: omnes essent poena ordinaria puniendi, ut pote ex conditio operantes. n. 292.

Qui ad excusandum homicidium praetendit ebrietatem, probare debet privationem usus rationis, alioquin praesumitur non fuisse privatus, & punietur poena ordinaria: sicut etiam, si constaret, quòd se in eum finem inebriasset, ut periculosas rixas inciperet. fol. 125. n. 295. & seq.

Si vulneri per se non lethali, esto fuerit infictum animo occidendi, accedat symptoma causans mortem per accidens, reus punitur extra ordinem. n. 299. Quodnam sit vulnus non lethale, vide *Vulnus*. Quomodo Judex debeat inquirere in naturam vulneris, habetur n. 302. & seq.

Conatus occidendi, effectu non secuto, non punitur poena ordinaria. f. 127. n. 305.

Moderamen defensionis, etsi non servato moderamine inculpatæ, tutelæ, excusatur à poena ordinaria homicidij. Moderamen inculpatæ tutelæ ab omni poena excusatur. fol. 127. n. 307. & seq. ubi vide utriusque declarationem. Non servans moderamen tutelæ inculpatæ, punitur extra ordinem pro gravitate excessus. fol. 128. n. 308. & seq. Idem dicendum, etiam si dolo malo excessisset. n. 310.

Moderamen inculpatæ tutelæ non liberat à poena ordinaria illum qui fuit auctor rixae, & ab adversario redactus est in necessitatem se defendendi per necem illius quem aggressus est, fol. 128. n. 312. Si ad

H.

Si ad scelum provocatus occidit provocantem, videtur mitius puniendus, nisi specialis lex obstat. f. 129. nu. 313. Idem dicendum de eo qui injustè ad iram provocatus est: quibus sufficeret poena relegationis & fustigationis. nu. 314.

Qui aggressorem fugientem, nec probabiliter reversurum, insequendo occidit, non facile à poena ordinaria absolvetur: posset tamen mitius puniri. n. 315.

Qui occidit aggressorem, quem facile & absque dedecore declinare posset, non excusatur à poena ordinaria. nu. 316. Idem dicendum de eo, qui ex intervallo, etsi non magno, occidit, nisi id faceat jure praeventiois. nu. 317.

Sicut licet se cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere, ita & alium quemvis proximum. fol. 130. nu. 318.

Qui salvo moderamine occidit alium ad defensionem honorum temporalium, excusari potest ab omni poena. n. 320.

Probatio servati moderaminis incumbit occisori, ad quam potest à Judice dirigi, & ad eam admittitur, etiam postquam negans homicidium de eo convictus est. Probabile est, sufficere probationem facta insultationis, ut praesumatur pro occisore, nisi esset aliqua probabilis suspicio non servati moderaminis. nu. 326. & seq. Quod si desit omnis praesumptio pro reo, potest subijci tortura. fol. 132. nu. 330.

Honor,

Tomo 1.

Honor non est idem quod Laus, sed est Testificatio nostrae exultationis de Excellentia alterius & eminentia super alios, cum Reverentia & submissione ipsius testificantis, vel saltem cum intentione procurandi reverentiam & submissionem in alijs propter talem excellentiam: quae est quaedam radicalis Honoratio, qualiter Deus & Principes dicuntur honorare subditos. fol. 165. n. 496. & seq.

Pro honore, etiam occultè negato, & sine fama diminutione, ac quocunque etiam alio damno secluso, adime est faciendum restitutio. fol. 177. nu. 563. Neque satisfieret per communem alioquin debitam honorationem, sed opus esset signis honoris specialibus. 567.

Honoris damnum potest aliquando reparari bonis fortunae non formaliter sed causaliter, & ad hoc tenebitur laedens honorem, si non potest alteri honorem formaliter restituere. f. 195. n. 665.

Hypotheca. Hypothecarius.

De Jure Prioritatis Hypothecariorum, vide *Prioritas*.

De Jure Prioritatis Hypothecariorum, vide *Prioritas*.

Christ. Haun. Reperit.

ritatis Ordo inter Creditores. & Hypotheca Tacita & Legales.

Tomo 1.

Potest aliquis propria auctoritate imponere hypothecam tempore posteriore, cum jure praeviationis ad antiquiores hypothecas. fol. 148. n. 421

Hypothecaria actio quo tempore praescribatur, vide *Praescriptio Servitutium, actionum, & obligationum*.

Hypothecaria actio qua fit, & cui competat, vide *Serviana vel Quasi. & Pignus*.

Tomo 4.

Hypotheca est contractus, qui solo consensu perficitur, in ceteris convenit cum pignore. fol. 281. n. 869. vide *Pignus*.

Ad constituendam Hypothecam jure communis non requiritur certa verborum formula, nec scriptura. eod. De Jure Bavarico requiritur scriptura ad hypothecas saltem rerum immobilium. fol. 286. n. 871. ubi vide, à quibus scriptura conficienda.

In concursu creditorum, ille qui habet hypothecam publico instrumento munitam, praefertur illi, qui non habet publico vel equivalente instrumento munitam, etiam si habeat privatum scriptum, & tempore priorem fed dicat, nisi hoc aliunde probet. fol. 282. n. 870.

Hypotheca differt à mutuo, quòd constituitur in Securitatem debiti, & non transferat dominium. fol. eod. n. 871. Plura de Hypotheca, vide *Pignus*.

Hypotheca dividitur in Tacitam & Expressam. Illa est, quae rebus imponitur à Lege in favorem certorum debitorum, & subsistit absque consensu debitoris, & eo etiam invito. fol. 282. n. 871. Ea paulò post referentur. Expressa est, quae fit delibetate conventionem partium ratione rei principaliter obligata. eod.

Hypotheca expressa dividitur in Generalem & Specialem. Illa est, quae omnia bona etiam futura subijciuntur, donec debitum solvatur, exceptis ijs quae haeres postea acquirit, & illis quae quis in specie non fuisset subijcturus. Specialis est, quae res certa & determinata obligantur, & comprehendit etiam per consequentiam accessoria, itera fructus, partus, factus. &c. fol. 283. nu. 874.

Hypotheca tacita communiter est generalis, quandoque tamen etiam specialis. eod.

Hypotheca specialis, quae quis v.g. obligat omnes suas aedes, extenditur etiam ad aedes postea acquirendas. fol. 284. n. 875. Sub Generali hypotheca veniunt etiam merces; sed quando pro illis pretium solvitur, desinunt esse hypothecatae, & earum loco succedit pretium. n. 876. Veniunt etiam actiones & nomina, item servitutes. fol. 285. n. 877.

O 2 Hypo-

Hypotheca generalis comprehendit etiam fructus postea apud alium dominum enatos & perceptos, & apud animalium, ancillarum, fructus agrorum. si à debitore sati sunt. fol. 285. n. 878. ubi vide plura de fructibus usufructuarii debitoris. Si ex fructibus natis venditis ematur aliud prædium, hoc non est subiectum sicut fructus. n. 879. Neque comprehenduntur illi fructus, qui, postquam res principalis alienata fuit, primum sati, & percepti sunt ab eo, qui dominus rei factus est. Nec comprehenduntur fructus industriales postea ab hærede percepti, bene tamen naturales. n. 881. Nec comprehenduntur fructus sati & percepti conductore fundi obligati. fol. 286. n. 882.

Nomina & Jura personalia possunt hypothecari. fol. 288. n. 890. Ususfructus potest hypothecari, si verò consolidetur, expirat hypotheca, nisi dominus consensisset. 893. & seq.

Oppignorato prædio, servitutes quoque sunt oppignorate & hypothecata. fol. 289. nu. 895. & seq. ubi plura de Servitutibus hypotheca, quæ vide verbo, *Pignus*.

Feuda non possunt hypothecæ subijci à Vasallo. fol. 290. n. 999. de quo plura verbo *Feudum*. Emptor feudi non habens paratam solutionem, non potest feudum oppignorare aut hypothecæ subijcere, nisi facultas vendendi in favorem Vasalli concessa esset, aut oppignoratio cederet in commodum domini. fol. 290. nu. 997.

Si dominus directus dedit consensum in hypothecam, sed cum restrictione ad certum tempus, elapso tempore expirat hypotheca, etiam durante feudo, quia habet tacite adjectam clausulam cassatoriam. fol. 291. n. 902.

Hypothecato prædio, non censetur hypothecatum Jus patronatus annexum, nisi haberet annexos aliquos speciales redditus, tunc enim hoc Jus esset hypothecatum. fol. eod. n. 903.

Hypotheca in diem constituta, habet prioritatem respectu posteriori absolute constituta ante adventum diei, dummodo pecunia mutua prius numerata sit. fol. 293. n. 914.

Hypotheca generalis uni facta, non impedit, quin & alteri fiat: imò etiam cum speciali hypotheca alteri facta consilii, etiam infcio priore. fol. 295. nu. 920.

Si eadem res sufficiens est pro duobus debitis exsolvendis, potest hypothecæ speciali duobus obligari illis inconsultis. fol. eod. nu. 921. Si non sufficit, priore creditore consentiente, & posteriore etiam infcio, adhuc potest utrique obligari. nu. 922.

Si creditor consentit in certam aliquam personam, censendus est sibi quoad illam personam duntaxat præjudicare voluisse, si scivit, non sufficere pro utroque debito, adeoque amittit præla-

tionem respectu hujus solius: si generaliter permittit, respectu omnium postea constitutorum hypothecariorum amittit. fol. 295. nu. 923.

Si debitor eandem rem insufficientem duobus creditoribus in seipsis obligat, habet secundus creditor actionem hypothecariam personalem, ut alia res sufficiens obligetur, & agere potest de crimine Stellationis. f. eod. n. 924.

De Actione Hypothecaria, vide, *Pignus*. & *Serviana*.

Hypothecæ Tacitæ seu Legales.

Fiscus habet tacitam hypothecam in omnium suorum debitorum bonis omnibus, presentibus & futuris. f. 308. n. 972.

Pupilli & Minores habent tacitam hypothecam in bonis suorum Tutorum, Curatorum. Item in bonis matris ut tutricis, & in bonis vitrici, si mater nupserit, priusquam liberis tutorem petierit, aut reliqua persolverit. eod.

Filius familias habet eandem in bonis patris ratione administrationis adventitorum matronum, & in quibus ususfructum non habet. f. 308. n. 973. Ecclesia eandem habet in bonis Administratorum. f. 309. n. 974.

Maritus pro dote sibi promissa eandem habet in bonis illius qui dotem promissit, ut dos solvatur, & si quid evincatur, ad interesse. eod. Uxor habet eandem in bonis mariti cum jure prælationis, de quo alibi. f. 309. n. 975. Idem dicendum de augmento dotis postea superaddito. f. 310. nu. 976. Idem de Paraphernalibus, si à marito administrantur. nu. 977. Mulier habet eandem ob contradotem, sed non cum jure prælationis. n. 978.

In re alteri empta ex pecunia pupilli, habet pupillus ratione pretij nondum soluti hypothecam specialem tacitam ita privilegiatam, ut in tali re præferatur omnibus anterioribus hypothecariis, etiam expressam hypothecam habentibus. f. 310. n. 979.

Locatori sunt obligati fructus prædij locati, item res illatae in prædium urbanum ab Inquilino. eod.

Legatarij & Fideicommissarij habent tacitam hypothecam in bonis testatoris. f. 310. num. 980. Non extenditur tamen ad res alteri legatas, sed eas solum, quæ apud hæredem manent. eod. Potest testator hanc hypothecam remittere. eod.

Credens pecuniam ad reparationem ædificij, habet in eodem ædificio tacitam hypothecam. fol. 311. n. 982. Non est tamen extendenda ad eum, qui credit ad aliquam rem emendam, aut de novo ædificandam. Facilius extenditur ad eum, qui ad conservandam domum, vel aliam rem jam ante oppignoratam alteri crederet pecunias. eod.

Ignoran-

I. Ignorantia.

Regula Juris 47. *Præsumitur Ignorantia, ubi scientia non probatur*: Non est intelligenda de legibus promulgatis. f. 5. n. 21.

Ignorantia pœnæ à lege delicto impositæ, tunc excusat à pœna, quando lex ipsa ignoratur ut prohibens actum. Si autem solum ignoretur pœna lata, & sciatur lex prohibens, non excusat à pœna ordinaria non medicinali, bene tamen ab extraordinaria, & à medicinali, quales sunt Censuræ. f. 20. n. 102. & seqq. Vide etiam *Lex*.

Illegitimus Naturalis. Quinam hi sint, vide *Legitimi*.

Matre, vel legitimis filijs, vel nepotibus aut propotibus cujusvis sexus existentibus, unam tantum unciam potest pater naturalibus filijs illegitimis eorumque genitrici, vel si concubina sola existeret, semianciam relinquere si unica sit, & nulla uxor legitima existeret. f. 61. n. 278. Nullis legitimis descendentibus aut ascendentibus existentibus, potest naturalibus jure novissimo pro libitu relinquere. num. 279. Videnda est *Novella* 89. c. 12. §. 3.

Existentibus liberis legitimis, avus non potest pro suo libitu instituire nepotes naturales ex filio naturali vel legitimo, nec potest illis plus relinquere, quam pater filijs naturalibus: idem de nepote legitimo ex filio naturali dicendum. f. eod. n. 280.

Immiffio in Bona Debitoris.

De hac Immiffione & duplici Decreto, vide: *Consummatio*.

Immunitas Ecclesiastica.

Si Principes vel Communitates contra Ecclesiæ libertatem Statuta faciant, feuda quæ ab Ecclesia habent, ipso jure amittunt. f. 329. n. 899.

Plura de Immunitate, vide, *Juridictio*. *Aylum*.

Imperium Merum. Mixtum.

De Imperio mero & mixto, vide *Jurisdicctio*.

Status Imperij, & Nobiles immediati, vulgò *Freiherren Ritterchaft*, per Investituras cum Territorijs ab Imperatore Superioritate Territorialium, & Regalia cum omnimoda Jurisdicctione mero & mixto Imperio accipiunt: quod in Bavaria Principis nomine exercent Superiora Dialecteria, Præfecti Electorales, ex Landstis vero illi solum, qui hoc habent annexum suis *Capitis*, quæ ad differentiam *Hofmarchiarum* vocantur solum Imperium *Immediatæ Ritterchaft* vocantur, aut quibus Principes specialiter concessit, ut Civitates Principales. fol. 9. n. 37.

Causæ Meri Imperij non possunt, universim loquendo, alteri delegari. fol. 2. n. 2. Si tamen habens merum Imperium sit absens, potest alteri delegare, sicut & ob infirmitatem. n. 3. & 4. Et tunc censetur causa solum mandata ad cognoscendum, non ad definiendum. f. 3. n. 9.

Quid observetur Jure Bavarico, vide n. 10. Ad merum Imperium spectant delicta, quorum pœna est membri abscissio. Quamvis hac pœna non sit propriè capitalis. f. 4. n. 11. & seqq.

Ad merum Imperium spectat Deportatio & Relatio. fol. 5. n. 19.

Item spectat Incarceratio ad custodiam in causa criminali, vel perpetua pœnalis. f. 6. n. 25.

Item Tortura gravis. n. 28. & bonorum confiscatio. f. 7. n. 29.

Impubes.

Impubes an possit esse testis in testamento, *Testamentum*. *Testium inhabilitas*.

Tomo 2.

Impubes factus pubes, admittitur ad dicendum testimonium de illis, quæ in impubertate pubertati proxima vidit. f. 28. n. 128.

Impubes, quantumvis sui juris sit, & pubertati proximus, usque ad inchoationem illius diei, quo completur decimus quartus annus in masculis, duodecimus in femellis, testamentum facere non permittitur. fol. 52. n. 238. Neque in hoc miles est privilegiatus. n. 239. Neque testamentum convalescit superveniente pubertate. eod. Imò nec adjecto juramento firmaretur. n. 240.

Incarceratio.

De hac vide, *Captura*.

Incendium.

Quomodo teneatur Conductor domus ex incendio in domo conductæ exorto, vide *Locatio Conductio*.

An paterfamilias domus incensæ, aut qui demolitur ædes incensas, possit conveniri ex lege Aquilia, vide, *Aquila lex*.

Tomo 6.

In Jure Canonico variæ pœnæ statuuntur, quæ referuntur eod. num. Item Jure Civili. n. 332. In Ord. Carol. jubentur exuri, n. 333. Nullo facto discrimine inter Nobilem & Ignobilem. f. 134. m. 334. Nec inter incendium factum ruri, vel in civitate. eod. Extenditur etiam ad mandantem. eod.

Ab hac pœna non relevatur incendiarius prætextu præcedentis itæ ad adversario causate. n. 335. Neque tamen etiam faciliè exasperari potest. n. 336.

In hoc crimine ad pœnam ordinariam sufficit attentatum. nu. 337. Si tamen penitentia ductus causas incendij removisset, mitius puniretur arbitrio Judicis. n. 338. & seqq.

Quòd minor etas excuset, non satis probatur ex Jure. f. 135. n. 340.